

*Doc. 28 (Scriptum est eidem iustitiario
Basilicate etc. Habet petitio...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 28 (Scriptum est eidem iustitiario
Basilicate etc. Habet petitio...)*

1293-02-23

Scriptum est eidem iustitiario Basilicate etc.

Habet petitiu universitatis hominum terre Florentie de iurisdictione tua, vassallorum Balduyni de Carpigni militis et Raynaldi cambellarii et familiaris magnifici viri domini Roberti comitis Atrabatensis consanguinei nostri porrecta no viter coram nobis quod castellani palatiorum Lacuspensulis et Sancti Gervasii et forestarii earum forestarum palatiorum ipsorum dictos homines super pacifico usu quem ab antiquo habuerunt et habent in forestis eisdem, contra consuetum et debitum multipliciter molestant et turbant ipsorum animalia capiando pro libito et restituere denegando ut dicunt in grave preiudicium eorundem. Implorato igitur nostre provisionis remedio in premissis devotioni tue precipimus quatenus si est ita castellanos et forestarios supradictos ab indebito, cogeris de cetero, cessare molestiis facias quod est exinde consuetum et debitum servari hominibus antedictis et restitui eis quicquid per illos contra iustitiam est ablatum, ut aliam de premissis non audiamus querelam.

Data aput Sanctum Gervasium die penultimo septembris VII indictionis regni nostri anno primo (1293).